

dine spectant & pertinent, & quæ circa præmissa necessaria & opportuna fuerint.

Similia passim Promotoribus & Advocatis Fiscalibus injunguntur.

VII. Et quidem in Statutis hujus Universitatis Lovaniensis declaratur, Advocati Fidei officium esse, "omnes causas Universitatis contra quoscumque prosequi, in quibus agitur de læsione alicujus privilegii tam intra, quam extra Lovanium." Hac de causa vult ut Advocatus Fiscalis "apud se habeat & incorporet omnia Privilegia, Exemptiones, Libertates, Concordata & pacta Universitatis cum Principibus & Communitatibus, Episcopis atque Prælatibus.

Eadem ex causa dicit, "quod officio ejus incumbat, venire ad omnes Congregationes ac Deputationes, & quoties Reclori libuerit, ubi scilicet aliquid de supradictis negotiis tractabitur.

Illud denique Advocato Fiscalis injungitur, "ut assistat Promotori in libellando processu Fiscalibus, contra excedentes & contra utraque Edicta violantes.

VIII. Similiter declarat S. Carolus in *Instructioe Promotoris Fidei*, quod illorum officium etiam sit, cum sollicitudine, ne promovere causas omnes etiam Civiles, quæ ex officio tractantur, quamvis etiam assistat Pars, præsertim pro executione priorum relictorum, & bonorum Ecclesiasticorum, priorum vel locorum usurpatorum recuperatione. Idem causas quomodolibet spectantibus ad mensam Archiepiscopalis, leni, jurave spiritualia vel temporalia Archiepiscopatus. Idem de causis, ubi de Ecclesiastica jurisdictione vel libertate tuenda agitur.

IX. Hodie officium Promotorum seu Procuratorum causarum Fiscalium in Curia Ecclesiastica præcipue consistit in detegendis & prosequendis excessibus ad jurisdictionem Ecclesiasticam pertinentibus.

In Ordinationibus Curiarum Ecclesiasticarum Provinciae Mechliniensis *tit. De Promotoribus seu Procuratoribus causarum Fiscalium art. 1.* dicitur: "Omnia & singula delicta ad jurisdictionem Ecclesiasticam spectantia investigabunt, & ut puniantur, prosequantur.

X. Hoc jam pridem fuisse Promotorum officium certum est, atque evidenter supponit Consilium Novionense celebratum anno 1344, à Joanne Remensi Archiepiscopo & Suffraganeis ejus *cap. 16.* unâ declarans, "quod quam plurimorum de Dominis temporalibus & Judicibus Secularibus querimonia receperit, continentem quod nonnulli dictarum Curiarum Ecclesiasticarum Promotores, ac etiam Procuratores, ad excessus citantes eorum homines subditos, & Burgenses, varia & diversa crimina & excessus coloribus fictis exquisitos eidem imponentes, non solum in corporibus propriis, & gravi eorumdem incommodo, damnificant & saugant, sed etiam gravissimis sumptibus & expensis: nobis supplicantes ut vellemus super his providere de remedio opportuno.

XI. His ergo querelis occurrere volens Concilium subjungit, "Nos vero attendentes, juri non fore consonum quod inde nascantur injurie, unde debent jura provenire: statui- mus decernentes, quod de cætero nullus Promotorum aut Procuratorum ad excessus aliquem ex officio citari faciat, vel procedat contra eum super aliquo crimine, vel excessu, & præsertim tali ratione, cujus fama ipsius citati possit in posterum denigrari, sive scandalum contra eum suboriri, nisi verisimiliter videatur eidem, quod iustam causam habeant, contra tales procedendi, super quo tamen eorum conscientias oneramus. Et de hoc cum ad dictum officium assumentur, per juramentum astringentur, nec tunc etiam ultra primam citationem procedatur per eosdem, Officiali dicti loci inconsulto.

XII. Actoris tylo hunc Promotorum excessum, ne dicam nequitiam & tyrannidem descripsit circa idem seculum Nicolaus De Clemangis *De Corrupto Ecclesia Statu*

cap. 15. num. 1. "Dici non potest (inquit) quanta mala faciunt illi scelerati exploratores criminum, quos Promotores appellant, Simples & pauperulos agrestes vitam satis innocuam in suis tugariis agentes & fraudis urbana nescios in jus sapè pro nihilo vocant. Causas & crimina contra eos sedu- lo constringunt, vexant, terrent, munitantur: sicque eos per talia seculum componere, & pacisci cogunt. Quod si facere re- nuant, crebris eos citationibus quotidieque impetunt, & su- pra modum infestant. Quod si semel qualibet occasione præ- pediti comparere desierint, censura illico anathematis ut re- belles & contumaces feriuntur. Si verò ad diem venire, quo- ties vocati erunt, perseveraverint eorum audientias apud ju- dicum tribunalia impediunt, morasque & subterfugia dilati- tionum & interlocutionum captant, quæ per facile à fo- ris Ecclesiasticis obtinentur, quo vel sic longo tædio longâ- que sui temporis jacturâ fatigati, superfuturam vexatio- nem atque impensam pecunie pactione redimere coguntur." &c.

XIII. Optandum sanè esset, ut hi excessus & injustæ vexationes sæculis istis desissent; nec ad nostra tempora perse- severassent.

Nimium ipsa quotidiana experientia evincit, quàm hoc ho- minum genus lucri cupiditate stimulatam, innocentissimos non raro, idque nonnunquam super fictis excessibus vexet, & scelera gravissimosque excessus dissimulet, dum facilius ab illis, quàm ab his multas aut sub prætextu compositionis aliquam pecunie summam consequi sperat.

XIV. His abusus ut occurratur, in Statutis Curia- rum Ecclesiasticarum Provinciae Mechliniensis decernitur, imprimis, ut non nisi habitâ informatione, magnâque discreti- one aliquos super excessibus aggrediantur.

"Caveant, ne quem innocentem per calumniam in jus vo- cent, aut importune, vel indiscretè aliquos exagitant, dese- cutusque propalant, ac accusatos seu inquisitos, præsertim Ec- clesiasticos, ante sententiam diffament, sed cum omni mode- stia, integritate, & humanitate officium suum exercent, in- quient citatæ Ordinationes Curiarum Ecclesiasticarum Provinciae Mechliniensis *tit. 7. art. 3.*

XV. Additurque *art. 4.* "Quantomore etiam, antequam causam aliquam contra Ecclesiasticos aut honesti nominis personas in Judicio contradictorio tractandam exhibeant, eam prius Officiali denuntient, ut dispiciat, an eas ad se per litteras clausas evocare velit, an viâ Regiâ permittere cau- sam agi.

XVI. Ad hæc jurando promittit Promotor harum Curiarum: "Neminem citari procurabo ab officio super exce- sibus, nisi credidero illos veros delinquentes, & me causam iustam habere.

XVII. Utque maturius hac in parte procedatur injungunt *tit. 4. art. 2.* Advocato Fiscalis quod, singulis hebdomadibus, diebus & horis designandis, deliberabit cum Promotore de omnibus causis institutis, vel instituendis, signanter de iis, in quibus proximâ die iudicâ, vel concludendum verbaliter, aut articulis, aliave scripturâ erunt exhibendæ, informatio- nes Promotoris visitabit, eidem consilium in omnibus dabit, & quando materiæ difficultas, scandalum, personæ digni- tas, vel negotii qualitas id exiget, omnia nobis, vel Officiali referet, priusquam Promotori diem parti dicere permittet: quod nunquam etiam alias faciet, nisi Promotor instructio- nem suam, saltem summarie in scriptis ipsi Advocato id pe- tenti tradiderit.

XVIII. Insuper *art. 3.* mandatur Advocato Fiscalis: Uni- cè etiam curabit, ne per Promotorem aliquæ causæ officii, vel in scriptis, aut etiam summarie instituantur, nisi præviâ informatione, seriòque advigilabit, ne temerè aliquis vexetur, vel calumniosè in jus vocetur.

XIX. Et juxta Statuta hujus Universitatis simpliciter jurat Promotor: "Quod nullam causam contra aliquem incipiam, nisi de excessu vel delicto, aut saltem de fama fuero planè in- formatus.

XX. Ita

XX. Itaque rectè monuit S. Carolus Promotorem Fidei e- jusdem loci & substitutos, ut "meminerint, se esse Procu- ratores veritatis, & non debere sub ejus dypeo innocentes opprimere, vel alios esse in causa, ut quis calumniis fatigetur." In Actis Ecclesiasticæ Mediol. *parte 4. tit. De Officio Promotoris Fidei & substitutorum pag. 566.* edit. anni 1683.

XXI. Sicuti non raro Promotores spe lucri incitati nimis faciles sunt ut personas etiam Ecclesiasticas vitæ & conversa- tionis innocentes, suisque officiis diligenter & strenue incumbentes super quibusdam fictis aut levibus excessibus diverent; ita e contrario proclives sunt ad dissimulanda crimina enormia, publica & scandalosa, abususque gravissimos & perniciosissi- mos, dum ex illa dissimulatione, vel super iis cum Accusatis vel denunciatis compositione, lucrum sperant; vel saltem ex ipsa accusatione & actione difficultates à sceleratis criminum illorum auctoribus, aut abusu favoribus timent, & nullum aut exiguum lucrum sperant: adeo ut ad agendum aut inqui- rendum contra excessus, delinquentes ipsos non nisi lucri cupi- ditatis incitare videatur.

XXII. Hunc Promotorum defectum emendare volentes Episcopi Provinciae Mechliniensis ordinarunt citato *tit. 7. art. 2.* quod Promotores "cum nemine dissimulabunt, aut componant, sed simul atque de delictis sufficienter fuerint in- formati (in quo omnem diligentiam adhibebunt sic tamen quod in causis violationum Fætorum, similibusque aliis le- vibus excessibus, informationem in scriptis non capient) a- ctionem adversus eosdem, ex Advocati Fiscalis prævio conti- sio, & in gravioribus causis, etiam prius obtento judicis de- creto, & non aliter, instituent; & ad finem usque legitimè prosequantur, nec eam, nisi ex ejusdem Advocati judicio, & prævio Judicis decreto, deselinquent.

XXIII. Additur *art. 3.* "Si autem Promotores delinquen- tes aliquos sciant cum quibus conniveant, & ad nos, vel Officialem non deferant, tamquam consentientes, vel saltem negligentes arbitrariè puniantur.

XXIV. Jurando in assumptione ad officium Promoto- ris promittit: "Excessus non supprimam, neque celabo, sed sed cum omni possibili diligentia prosequar, nec desitam, etiam si citatum innocentem putavero nisi id Advocato Fidei cali, vel Officiali indicavero, ut desuper decernat quod ratio postulat. Nullis muneribus, prece, odio, favore inducar, quo minus Promotoris munus, juxta prædicta statuta fide- liter exequar.

XXV. Similiter Promotor Universitatis jurat: "Neque super aliquo excessu vel delicto componam sine expresso consensu D. Rectoris vel Universitatis.

XXVI. Et quia Promotoris est præcipue animadvertere in crimina & excessus Ecclesiasticorum, conveniens apparet, ut & ipsi Promotores sint Ecclesiastici; uti declarat Concilium Tu- ronense anno 1533, idque præxi Regni Galliarum consonat, quæ in Promotores non admittit nisi Sacerdotes aut saltem Sacris Or- dinibus initiatos, ut refert Carolus Fevretius *lib. 4. De Abusu cap. 3. num. 29.* & post ipsum Claudius Fleury *parte 3. Instr. Juris Can. cap. 4.*

XXVII. In Belgio etiam personis conjugatis officium Pro- motoris committitur; & quidem nonnunquam personis tenui- bus satis fortunæ; quæ dum familiam suam ex emolumentis of-

ficii intertinere coguntur, toti sunt ad lucrum intenti: at- que hinc frequens innocentium oppressio, pauperum & mi- serorum exortatio, causarum protractio, salariorum exten- sio, & denique enormium & scandalosorum peccatorum fre- quens impunitas, quàm facile similes lucrorum aucupes tole- rant, modò manus eorum impleantur.

Hi sunt, qui tribunal Ecclesiasticum adeo odiosum & vile vulgò reddunt, ut penè populo sit persuasum non ad corre- ctionem, sed pecunias habendas in crimina inquiri, & in crimi- nosos actionem institui: eo quod videant, crimina tametsi publi- ca & scandalosa manere passim impunita, dum nullum eor- um punitione lucrum speratur.

XXVIII. Præter Promotorem aliosque Officiarios, habet quoque hodie Curia Ecclesiastica, ad exemplum Curiarum sæcularium, suos Apparitores sive Nuntios, qui ea quæ in judi- cii peragenda sunt partibus annuntiant, litigatores in jus vo- cant, & mandata atque sententias judicum exequantur *L. 33. Cod. De Episcop. & Cleric. L. 1. Cod. De Execut. & exæst.*

XXIX. Nuntius in Curia Ecclesiastica Provinciae Mechli- niensis jurat in hæc verba: "Fidelis ero in officio meo, nihil aliud referendo, vel rescribendo, quam per me actum erit; & omnia, quæ officio executoris incumbunt, fideliter faciam, & exercebo. Nullas pactiones, aut conventiones cum par- tibus, vel Procuratoribus, aliisque per me, vel alium faciam, pro causis protelandis, & differendis, sed mandata Curia fi- deliter & diligenter exequar, & executionem factam, juxta statuta dorso litterarum inscribam. Quoscumque excessus, per Diocesim N. audivero, Vicario generali, Officiali, Si- gillifero, seu Promotori indicabo.

XXX. Ob præstitum juramentum, iis plena fides adhibetur in iis, quæ ratione officii ex mandato judicis exequantur, & factâ executione referunt: puta afferenti apparitori, se aliquem citasse, eumque personaliter invenisse, eaque expedivisse quæ ipsi à judice mandata & commissa erant, plena adhibetur fides, nullo alio teste aut testimonio accedente; uti notant Doctores post Glossam in *Cap. CUM PARATI; De Appellat. & notoria praxis hic in Belgio tam in Curia Civilibus, quàm Ecclesiasticis confirmat. Vide Peckium in tractatu De Jure sistendi cap. 26.* ubi etiam notat, quâ pœnâ sit puniendus Appa- ritor, qui falsam relationem fecisse probatur. Referenti au- tem extra officium non creditur, uti post alios citatos notat Christinus ad Bugnionium *lib. 2. cap. 80.* sed de hoc infra latius, ubi de forma citationis, & relationis agetur.

XXXI. Ulterius quia Apparitores in executione eorum quæ sui sunt officii judicis personam repræsentant, non levi pœna puniendi sunt, & hodie puniri solent, qui Apparitoribus executionem de mandato judicis & ex officio faciendam re- aut factò resistunt, eisque injuriam inferunt. Vide Bugnioni- um *De Legibus abrogatis lib. 1. cap. 182.* ibique notas Christianæ.

XXXII. Plura circa Apparitorum & Nuntiorum officium, & quæ ab iis observanda sint, videri possunt in Ordinationibus Curiarum sive Civilium, sive Ecclesiasticarum; atque ex iis etiam apparebit, in utriusque penè per omnia esse idem Appa- ritorum & Nuntiorum officium: e quibus tum titulo sequenti, tum sub titulo De Sententiis & earum executione plura nota- tanda occurrent.

TITULUS VII.

De Instructione Casarum Civilium.

CAPUT I.

Quando & quomodo hodierna forma litigandi forum Ecclesiasticum intraverit.

1 Judicia Ecclesiastica primitus sine strepitu forensi peracta. *2* Quare Principes optaverint ut litigantes potius ad Episcopos quàm ad Judices publicos suas quæstiones deferrent. *Van Elpen Jur. Eccl. P. III.*

3 Scopus exemptionis Clericorum & Monachorum à foro seculari fuit, ut à libris forensibus eximerentur. *4* Canones veteranes Clericis ad judicia secularia recursum, præcipue intenderunt ne essent litigiosi. *5* Referunt summarie quid olim inter judicia Civilia & Ecclesiastica inter esset. *6* Circa seculum XI. strepitus forensis in judiciis Ecclesiastica sen- sim introiit.

Rrrr 2

7. Pra-

- 7 Praeſidio Juris Civilis, quae circa hoc tempus cepit in Italia, hinc mutationi cauſam praeſtuit.
- 8 Decretum Ivoſis ostendit, Clericos ſtudium Juris Civilis junxiſſe ſtudio Canonum.
- 9 De aviditate Clericorum ad ſtudium Legum multorum querela.
- 10 Penè ſoli Clerici ſtudio Legum incumbant.
- 11 Clerici Legibus imbuti eas in ſuum forum deduxerunt.
- 12 Pontifices ceperunt quoque in ſuis Reſponſis uti auctoritate Legum Civilium; & ad harum normam cauſas decidi voluerunt.
- 13 Ex Decreto Concilii Lateranenſis IV. evincitur quod ſeculo 13. ſtylus forenſis forum Eccleſiaſticum intruſſet.
- 14 Judices ſeculares cauſarum directionem & deciſionem plerumque Clericis committent.
- 15 Hinc forma litigandi in Decretalibus praſcripta tribunalia ſecularia intravit.
- 16 Eccleſia ſemper deſiderat cauſas in foro Eccleſiaſtico praecipue inter Clericos ſine ſtrepitu forenſi decidi.
- 17 Stante moderna diſciplina Judices tenentur ſuarum Curiarum Ordinationes ſervare.
- 18 Quomodo praſtinam diſciplinam praeculis habere debeant?
- 19 Status huiusmodi.

Remittit Judicia Eccleſiaſtica fuiſſe adinſtar arbitrorum ſine ſtrepitu forenſi, ſuſe ostendimus ſupr. tit. 1. cap. 1. ipſoſque Episcopos in decidendis cauſis etiam Laicorum, non tamquam publicos Judices, ſed potius ut arbitri ſeu verius amiables arbitratores interveniſſe: in hoc unum intentos, ut quaſtiones inter Fideles, exortas ſine ſtrepitu forenſi & recurſu ad publicos & ordinarios Judices, componerent; atque hoc modo filios ſuos diſcordantes in concordiam, veramque amicitiam & pacem adducerent.

II. Unde & ibidem notavimus, Imperatores optaſſe, ut litigantes potius ad Episcopos, quam ad publicos Judices ſuas controverſias deferrent; hoc praecipue motivo inducitur, quod optarent, ſubditorum ſuorum quaſtiones & diſcordias amiablem potius arbitramento Episcoporum componi, quam ipſos Juris forenſibus, & litium ambagibus & tricis implicari: eamque fuiſſe rationem, cur Judicis ſive deciſionibus Episcoporum tantam praebuerint auctoritatem & firmitatem, ibidem ostendimus.

III. Ostendimus inſuper eodem titulo cap. 3. quod tam Principum quam Episcoporum qui voluerunt, ut Clericorum & Monachorum cauſae, non ad publicos Judices, ſed Episcopos deferri deberent praecipue ſcopus fuerit, ipſos Clericos & Monachos à litibus & Juris forenſibus eximere: utque ipſorum quaſtiones ſine ſtrepitu judiciali per Episcopos, ut amiables arbitratores circa formam judicialem deciderentur; quod & ſanctiſſimos Episcopos in deſenſione ac tutione exemptionis Clericorum intendiſſe notavimus.

IV. Denique obſervavimus, quod ubi Canones veterum Clericis ad judicia ſecularia recurrere, unice intenderint eis inculcare, ne contra Apoſtoli praecipuum eſſent litigioſi: ſed lites, quantum in ipſis eſſet, fugerent, & quaſtiones ſuas Judici Episcoporum decidendas ſubmitterent.

V. Summa igitur erat inter Judicia Eccleſiaſtica & ſecularia diſſerentia. In illis enim ſine formulis judiciorum & Legum Civilium neglecto rigore, ex ſolis Scripturis ſacris & Canonum praſcripto ſummarie ex aequitate adinſtar arbitrorum quaſtiones decidebantur; in his vero juxta formulas Juris, & ſervato Legum rigore procedebatur: ideoque & haec vocabantur publica judicia, & qui eis praſidebant, Judices publici.

VI. Haec judiciorum Eccleſiaſticorum ſimplex & plana forma circiter per decem ſaecula inconcuſſa permanſit, atque toto illo tempore ipſe forenſis ſtrepitus à judiciis illis exulavit: ac demum à quinque circiter ſaeculis in tribunalia Eccleſiaſtica ſenſim formalitates & tricæ forenſes irrepere ceperunt; atque labentibus ſaeculis ita multiplicari, ut nec in his tribunalia Eccleſiaſtica tribunalibus Civilibus cedere debuerint; imo facile haec ſuperaverint.

VII. Unde haec Judiciorum Eccleſiaſticorum immutatio; atque priſtinae diſciplinæ collapſio originem habeat, non difficile intelligitur, ſi advertatur, quod circa ſaeculum undeci-

mum in Italia viciniſque Provinciis ceperit florere ſtudium Juris Civilis; publiceque praelegi Jus Juſtinianæum. Nec tantum Laici, ſed & Clerici jure illo delectari: & ſtudio SS. Canonum illud jungere ceperunt.

VIII. Hinc videmus, quod Ivo Carnotenſis ſaeculo 11. in ſuam Canonum collectionem ſive Decretum, non tantum Canones vel dicta Patrum, ſed & multa ex libris Juris Civilis tum Pandectis, tum Codice, Novellis ac Inſtitutionibus Juſtinianæis retulerit; quod alii Canonum Collectores ante Ivoſem feciſſe ſaltem in Occidente, non reperimus: eò quod ſtudium Juris Civilis antea minus notum eſſet.

IX. Haec Legum ſtudio quanta aviditate Eccleſiaſtica, etiam neglecto quodammodo Scripturarum & SS. Canonum ſtudio ſe implicarent, ostendunt plurimorum, tum piorum virorum, nec non Conciliorum illius temporis querela, de nimia Clericorum in hoc ſtudio propenſione; uti ſuprà parte 1. tit. 2. cap. 6. videri poteſt.

X. Imo & hoc notandum, quod penè ſoli Clerici ſive Eccleſiaſtica eo tempore ſtudio juris ſe darent; ut inter Nobiles & ſeculares, vix reperiretur qui aliquam vel mediocrem juris ſcientiam haberent; adeo quidem ut Clerici dicebantur omnes generatim Viri litterati & docti, uti notat Du Cange in Gloſſario mediæ & infimæ latinitatis Verbo Clerici.

XI. Porrò Clerici ſtudio Legum imbuti, ſola ſcientiâ non contenti, eam & in praxim deducere voluerunt; quapropter Legibus ipſis, earumque formulis in judiciis uti ceperunt; atque ex earum praſcripto cauſas decidere. Et quidem tanta velocitate Judicia Eccleſiaſtica Leges Civiles Juſtinianæ occuparunt, ut ſub initium ſaeculi 12. ad Eugenium Papam ſcribat S. Bernardus lib. 1. De Conſiderat. cap. 4. in ejus Curia perſtere Leges Juſtiniani, ipſaque in lites & cavillationes degeneraſſe. "Et quidem quotidie (ait) perſtrepat in palatio Leges, ſed Juſtiniani, non Domini. Juſtine etiam iſtud: Tu videris. Nam certè Lex Domini immaculata convertens animus. Haec autem non tam Leges quam lites ſunt & cavillationes ſubvertentes judicium."

XII. Cum ergo & ſtudio Legum inter ipſos Clericos invaluiſſet, & cauſae ad earum praſcriptum decidi paſſim conſueviſſent, ipſi quoque Pontifices, ac nominatim Alexander III. & Innocentius III. eorumque Succeſſores in ſuis Reſponſis Legum auctoritate uti & modum cauſas inſtituendi & decidendi ad normam Legum Civilium praſcribere ceperunt; quemadmodum patet ex Decretalibus relatis Libro ſecundo Decretalium Gregorii IX. qui Liber uti & pars Libri primi penè nihil continent niſi modum & formam cauſas inſtituendi & decidendi; quæquetum à Litigantibus, tum à Judicibus in cauſarum inſtitutione & deciſione obſervari debeant.

XIII. Quomodo ſtylus forenſis jam tum ſub initium ſaeculi 13. tribunalia Eccleſiaſtica occupaviſſet, probat Decretum Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III. in Cap. 11. De Probationibus, ubi ſtatuit, "ut tam in ordinario judicio, quam in extraordinario judex ſemper adhibeat aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter univerſa judicij acta conſcribant: videlicet citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, inſterrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes, concluſiones, & caetera quæ occurrerint compententi ordine conſcribenda, loca deſignando, & tempora, & perſonas."

XIV. Denique cum circa haec tempora Judices publici paſſim eſſent viri Nobiles & militares, exigua, aut nulla juris ſcientiâ inſtructi qui nec per ſe judicabant, ſolebant & hi in cauſis inſtituendis & decidendis aſſumere Clericos Legum ſcientiâ inſtructos; ipſiſque plerumque plenam judiciorum directionem committere.

XV. Hi vero formulas, quas ad praſcriptum Legum in ſuis Decretalibus praſcripſerant Pontifices in haec tribunalia in-

lia introduxerunt, uti notat Claudius Fleury parte 3. Inſtitut. Juris Can. cap. 4. qui ibidem rectè monet, omnem hodiernam litigandi formam in Curia ſecularibus uſitatum provenire à Canonibus; ideoque, ſi qui eam exactè cognoscere velit, ejus originem ex Decretalibus haurire debeat. Verba ejus ſunt: En ſorte que tante la procedure moderne des Cours ſeculieres vient des Canonistes. & qui voudra l'eſtudier curieusement, doit en chercher les origines dans les Decretales. Id eſt: Adeo ut omnes moderni proceſſus Curiarum ſecularium à Canonibus ſint inducitur, earumque originem in Decretalibus quaerat, qui eas ſedulo inſtitigare decreverit.

XVI. Sicuti Eccleſia numquam probavit, ut Clerici in ſortem Domini vocati, abdicato Scripturarum & SS. Canonum ſtudio ſe totos ſtudio Legum immergerent, uti citato cap. 6. ostendimus; ita numquam votum Eccleſiae fuit, ut forenſi illo ſtrepitu cauſae in foro Eccleſiaſtico agerentur; ſed è contrario Eccleſia eodem ſemper ſpiritu animata, lites & contentiones averſans, nonnumquam deſideravit, & etiamnum deſiderat, ut quaſtiones & controverſias filiorum ſuorum, ac praefertim illorum qui in ſortem Domini vocati, & à tumultibus mundi vi ſuae vocationis ſunt ſeparati, amicablem & ſummarie ſine omnibus illis forenſibus tricis & ſolemnitatibus terminarentur atque deciderentur; quod & Conciliorum atque Episcoporum Decreta etiam horum poſteriorum temporum evincunt, uti in progreſſu hujus materiae notabitur.

XVII. Interim dum ea non eſt temporum conditio, ut Judicia Eccleſiaſtica ad priſtinam illam ac ſimplicem normam reducantur, atque Eccleſia eam quæ à nonnullis ſaeculis invaluit, tolerat judiciorum formam, indubiè Judices in cauſis decidendis & inſtituendis ſuarum Curiarum ordinationes ac Statuta non quidem ad corticem litteræ, at ad mentem Eccleſiae & conſtituentium, attendere & obſervare tenentur.

XVIII. Debent inſuper, ad priſtinam Patrum normam, quæ unice pacem & charitatem inter Fideles fovendam & conſervandam intendebat, quantum praefentis temporis diſciplina patitur, collimare: aut frequenter aſſequi poſſent, litesque multas ſopite, aut ſaltem multum abbreviare, & litigantes concertationibus & moleſtis forenſibus eximere, ſi exactè obſervarent, quæ etiam poſteriores Canones & Curiarum Ordinationes praſcribunt, quemadmodum in decurſu hujus tituli notabimus.

XIX. Cum ergo hodie & Judices, & litigantes ſive laici ſive Clerici jubeantur ſe receptæ diſciplinæ & formæ judiciali conformare, utile judicavi hodiernam formam Judiciorum Eccleſiaſticorum, quæ in plerique cum forma judiciorum ſecularium coincidit, breviter, & quoad praecipua ſaltem puncta exponere: & hoc quidem titulo ea quæ praxim Civilem, & ſequenti titulo quæ praxim Criminalem ſpectant, proponendo.

CAPUT II. De Citatione ejusque forma.

- 1 Exordium & fundamentum proceſſuum eſt citatio Partis.
- 2 Citatio Partis eſt juris naturalis, nec ullâ humana auctoritate tolli poteſt.
- 3 Ejus neceſſitatem agnoverunt Romani adhuc gentiles.
- 4 Aliquando ſicuti privata auctoritate adverſarium in jus adduce-re: ſed id per Juſtinianum mutatum.
- 5 In ſupremis Curia citatione fieri debet de ſpeciali venia Curia; in inferioribus vero ſufficit generalis data Appariitoribus.
- 6 Interdum tamen & in his ſpecialis juſſus Judicis requiritur.
- 7 In Curia Eccleſiaſtica jam pridem ſolebat requiri ſpecialis juſſus Judicis.
- 8 Itaque convenienter, ut per eum ad citationem ſis componi poſſet.
- 9 Merito Judex, praefertim Eccleſiaſticus, ante decretam citationem conſordiam tentat.
- 10 Conſuetudo hujus Univerſitatis de non decernenda citatione contra majora ſuſſe niſi mentione prævia.
- 11 Citatio Juridica duplex, privata & publica, & utriusque deſcriptio.

Van Eſpen Jur. Eccl. P. III.

- 12 Citatio fieri debet ad perſonam, ſi reperiri queat, aut ad ejus domicilium, & ita jubent Ordinationes Curia Rectoris.
- 13 Hinc clauſula in Litteris citatorialibus: Ad perſonam, aut ad domicilium, ordinem citationis deſignans.
- 14 Moribus hodiernis citatio fieri poſſet ad perſonam Procuratoris, aut ejus domicilium.
- 15 Proceſſus id in citationibus poſt lites confeſtationem.
- 16 Uſus citationem ad domicilium ſuſtinet, tamenſi apparitor perſonam curioſe foris non quaerit.
- 17 Imo ſufficit ſi dicatur non eſſe domi.
- 18 Forma citationis ad domicilium.
- 19 Facta citatione ad domicilium praſumitur perveſſe ad noſſiam citati.
- 20 Quod ſit decendum proprium domicilium in ordine ad citationem, & quid ſi quis habeat plura?
- 21 Quo modo citanda Corpora & illuſtres perſona remiſſive.
- 22 Quo modo per apparitorem relinquenda copia citationis, ut citatus ejus noſſiam habere poſſit.
- 23 Citationes vagabundorum per publicas proclamationes, vel aſſignationes fieri ſolent.
- 24 Quomodo citandi qui ad alienas Provincias migrarunt.
- 25 Quid ſi Procuratorem vel honorum ſuorum adminiſtratorem in Provincia habeat?
- 26 Ordinationes Curia Rectoris non permittunt fieri citationem per edictum niſi perſona citanda latet, aut neſciatur ubi ſit.
- 27 Quaſi forma citatio per Edictum juxta has Ordinationes fieri debeat.
- 28 Litteræ excommunicatoriales qua cautione ex praſcripto harum Ordinationem dantur.
- 29 Litteris citatorialibus cauſa citationis ordinariè inferenda.
- 30 Ad Praſcribunt Ordinationes Curia Rectoris.
- 31 Subinde integer libellus Actoris citato communicatur in ipſa citatione.
- 32 Apparitor tenetur dare relationem citationis ei ad cujus inſtanti-am haec facta eſt.
- 33 Citatio dandus conveniens terminus ad comparendum, & quare?

Conſuetudo hujus Univerſitatis ſecundè ab ipſa citatione exordium ſumit, ait Damhouderus in Praxi Rerum Civil. §. 4. n. 1. notatque n. 2. quod citatio ſit functionality & principium Ordinis judiciarii.

II. Eam eſſe jure naturali & humano ad judicij ordinem neceſſariam monet num. 4. adeo ut ipſius omiſſio judicium omnem reddat nullum: nam parte non vocata & inaudita nihil legitime ſtatui poteſt. "Quocirca (pergit Damhouderus) ne per Principem quidem quantumvis petentem citatio omitti poteſt, adeo ut ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis nec poſſit, nec debeat procedere ad ullam ſententiam ſine citatione partis ut eſt textus in Clem. PASTORALIS §. CÆTERUM De ſententia & re jud. ubi ſummus Pontifex idem expreſſe declarat, quod Princeps non poteſt ex certa ſcientia citationis defectum ſupplere, imò ne quidem contra ſuum ſubditum, quia hoc eſſet in judicio tollere deſenſionem ſui, quæ tamen eſt de jure naturali, ut in judicio alteram aut rem accuſatoribus, alteram deſenſoribus relinquamus."

III. Sanè neminem inauditi condemnari poſſe videbant & ipſi Romani adhuc ſub denſiſſimis gentilitatis tenebris conſtituti; uti colligitur ex ſententia Feſti relata Actorum 25. Quia non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem priuſquam is qui accuſatur, praſentes habeat teſtes, locumque deſendendi accipiat ad ablucenda crimina.

IV. Olim Actori poteſtas erat adverſarium ſuum propriâ ac privatâ auctoritate in jus vocare: qui niſi confeſſum iret, aut vadimonium promitteret, id eſt, ſatiffidaret judicio ſiſti, in vitus obtorto collo in jus dici & trahi poterat L. 5. ff. Qui ſatiffidare cogunt. Verùm cum patum humanum & tutum videretur, rem tantam privatiſſime committere, iis hæc poteſtas paulatim adempta fuit, & modeſtior quædam citandi ſive in jus vocandi ratio introducta eſt; videlicet ut futura lis denuntietur auctoritate judicis per publicum miniſtrum ſeu Apparitorem, aut per edictum ſeu Litteras publicè aſſixas Novella 53.

V. Hodie in Belgio in ſupremis Curia venia ſeu litteris citatorialibus opus eſt; ſed in inferioribus tribunalibus Apparitores ſive Nuntii nullo ſpeciali judicij mandato inter-